

360.

1248 d. 2 Mars.

Skeninge.

Påfl. Legaten, Bisk. WILHELM af Sabina Dombref emellan Biskopen i Linköping å ena och  
ABRAHAM BOSSON å andra sidan, angående en gård i Ljungby.

A. 1. d. 43. \*)

WILLELMUS miseratione diuina Sabinensis Episcopus apostolice sedis legatus, Omnibus has litteras inspecturis Salutem in nomine ihesu christi. Cum questio uerteretur inter venerabilem patrem . . dei gratia lincopensem Episcopum ex parte una & habraam filium Bouonis laicum pro se & fratribus suis ex altera super quadam mansione que dicitur Longby <sup>1)</sup>, cum pertinentijs suis ambobus in nostra presentia constitutis que ab urtaque <sup>2)</sup> parte fuere proposita audiuiimus diligentur. Petebat namque dictus laicus pro se & dictis fratribus prefatam Mansionem cum pertinentijs suis ab episcopo predicto dicens eam ad se & dictos fratres suos pertinere de iure. Ex aduerso uero episcopus respondit dictam Mansionem per se & antecessores suos a quinquaginta annis & amplius pacifice & bona fide lincopensem ecclesiam possedisse. quia eam emerat bone memorie. Carolus predecessor suus a Monasterio de aluastro Lincopensis diocesis. quod per omnia dictus Habraam confitebatur & plane. Vnde nos omnibus auditis & sufficienti liberatione prehabita absoluimus episcopum & ecclesiam Lincopensem super predictis omnibus ab impetitione dicti Habraae & fratrū eius presentibus testibus archiepiscopo Vpsalensi & suffraganeis eius & domino Bergero duce Suecie & alijs multis. Datum Skenning. VI. Non. Marcij. Pontificatus domini Innocentij. pape. IIII. Anno Quinto.

Sigillet, något skadadt, hänger på en remsa, utklippt ur sjelfva brefvet.

361.

1248 d. 6 Mars.

Påfl. Legaten, Bisk. WILHELM af Sabina Bref rörande fyratio dagars aflat för dem, som med gäfvor understödde Cistercienser-Munkarne i Nydala kloster.

A. 1. d. 44.

WILLELMUS &c. *lika med föregående N:o 352 till vitam eternam.* Cum igitur Religiosi uiri . . Abbas & Conuentus Monasterij de Nouaualle Cysterciensis ordinis lincopensis diocesis, tanto premantur onere paupertatis, quod de propriis facultatibus nequeant comode sustentari, vniuersitatem uestram rogamus, monemus & hortamur in domino, atque in remissionem uobis iniungimus peccatorum, quatinus de bonis collatis uobis a deo pias elemosinas

\*) Finnes äfven i B. 3: 40 med följande olikheter.

1) Liongby. På frånsidan af brefvet: Liungby jn m̄re 2) utraque rätteligen.